

Sixtinus Amama

**Sixtini Amama Paraenesis Ad Synodos, Episcopos & Superintendentes
Ecclesiarum Protestantium Supplex, De Excitandis SS. Linguarum Studiis**

[S.l.], 1626


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796434298>

Druck Freier  Zugang



Cic - 5924 1.2.

479
a b
= =
=



SIXTINI AMAMA
PARÆNESIS

Ad

Synodos,

Episcopos

&

Superintendentes

Ecclesiarum Pro-
testantium

SUPPLEX,

De

EXCITANDIS SS!

LINGVARUM

STUDIIS.

ANNO

M. DC. XXVI!

491⁶/₂

De Frisiorum civitate
FRANEKERANA
lulus etymologicus è labio
sacro defumtus

Ornamentum ejus splendens

IN *Franekerano* SIXTINUS AMAMA Licéo
Hebréi labii fulget bonorus Atlas.
Fulget ibi, dimittit ubi, ceu cornua, lingua
Splendor Idumée, lumina ad astra poli.

T. E.

S. A M A M A P A R A E N E S I S



ON ignoratis Reverendi Patres & Fratres, primarium Sacri Codicis è superiorum seculorum, tenebris eruti, Tenebrarum Papismi discussarum, Religionisq; repurgatæ instrumentum fuisse Solem Ebrææ & Græcæ linguæ, qui multis retrò sæculis Christianismo non illuxerat. Cum enim, Gregorius Tifernas, decreto Concilii Viennensis

subnixus, circa annum D O M I N I 1470. Academiæ Parisiensis Rectori indicasset, sibi propositum esse literas Græcas profiteri, postulato etiam stipendio, mirabantur omnes hominis peregrini, nec ab Academiâ accersiti, audaciam. Cum autem ille urgeret decretum, quod Scholæ etiam Parisiensis mentionem faciebat, Rectorque ad Senatum retulisset, introducta denuò in Scholam illam fuit ea Professio, quæ tot seculis jacuerat. In eadem ferè tempora incidit linguæ Ebrææ *קאליגעסיא*. Jo. Reuchlinus, aliàs Capnio dictus, postquam fundamenta linguæ Sâ Judæo quodam Abdiâ (cui pro singulis horis singulos aureos pendebat) Romæ in legatione didicisset, primas Ebræas literas in Academ. Germanicis docuit, editis etiâ Grammaticâ & Dictionario. Sed nec illud vos latet, quanto cum furore efferatus ille humani generis hostis per Colonenses, Lovanienses & Sorbonicos Theologos, atque adeò universam Monachorum conflugem, sese his initiis opposuerit. Quid enim intentatum reliquerunt? Quid non passi Reuchlinus, Erasmus, Pagninus, Arias Montanus & alii, cæteri Pontificii, non aliam ob causam, quàm, quod propagationi linguarum incumberent. Adeò enim tristis erat facies istorum temporum, † *ut in authoribus Latinis Græcè nosse spectum fuerit: Ebraicè autem, propè hereticum.* Sed magis notæ sunt istæ Tragœdiæ, quam ut opus sit iis recensendis immorari. Videamus progressum. Quò magis æstuabant Monachi in extinguenda hâc luce, eò magis laborabant beata & divinitus excitata ista ingenia, in eâ fovendâ & propaganda. Et sicuti palma quò magis premitur, eò insurgit vehementius, ita & nostri animos sumebant ab impotentibus Monachorum declamationibus, ipso quoque Leone X. (ubi digitum Dei agnoscitis) & Cardinali Grimano studia humaniora promoventibus. Ex eo Vulgatâ illâ res suas sibi habere

† Claud.
Espenſaus
Episc. Gal-
lus ad 2.
Tim. 3.

SIXTINI A M A M A

jussu, Textus Ebraeus in V. Græcusque in N. T. authenticus haberi cepit. Ex eo aditus apertus ad limpidissimos Israëlitis fontes, quos Romanorum Pastorum invidia tot seculis obthuraverat. Ex eo Biblia, liber tot seculis plebi incognitus, in omnium manus devenire. Ex eo Versiones S. Codicis, non ex lacunis Vulgatæ, sed ipsis fontibus derivatas, omnes ferè nationes consecutæ sunt. Hæc ratione Sol Evangelii vestris nationibus illuxit. Adeo non fefellit Diabolum ejusque instrumenta triste augurium: nec frustra Paulus I I. jam tum omnem movebat lapidem, ut omnia humanitatis studia

† Verba
Platina.

extingueret. Quippè adeo oderat ea, *† ut ejus studiosos ad unum omnes hæreticorum nomine verberare consueverit. Undè & Romanos sæpius admonuit, ne filios suos diutius in literis occupari paterentur. Satis esse, si legere & scribere duxerat didicissent. Novi, inquit alicubi B. Lutherus, quantopere mihi contra hostes meos profuerit lingua Ebræo-ritia. Certè, inquit, quamvis exigua illa sit, cum omnibus tamen totius mundi Gazis eam non commutarem.* Eadem magno a) Melanthoni sententia. Experti sunt id ipsum Monachi & Inquisitores, quæ de lamentabilem Cochlei & b) Melch. Cani querelam c) alibi produximus.

† Tom. 4.
Orat pag.
471.

b De locis
l. 2. cap. 13.
c In proleg.
censuræ no-
stræ ad Pen-
tateuchum,
cap. 1.

d Orat. to-
mo 4. p. 465.

e In locis
communi-
bus titulo
de linguis
Scripturæ.

Sed inestimabile, hoc Dei donum quomodo excultum fuerit, breviter videamus. *Reverendus Vir Lutherus, inquit d) Melanth. quam graviter nos ad linguarum studia sæpè hortatus est, & negligentiam studiosorum castigavit? Videbat enim, inquit Melanth. non aliam ad Veterem Barbariem rediendam, magis compendiarium esse viam, quam si studia ling. interirent.* e) Musculus, Bucerus & alii piè docti Theologi supinam illam juventutis ignaviam *νεροτομίας επιπέσει* infectati sunt.

Sed qui tunc temporis in Academiis studebant, respondere poterant, sibi rem esse cum ejusmodi adversariis, qui & ipsi literas istas ignorarent, ac proinde non valdè necessarium sibi videri linguarum studium. Nostri verò adolescentes quid prætendent? *Pontificii, inquit † Tarnovius, vigilant tandem, vigilans Photiniani, dum omnes Biblia sacra in fontibus perlustrant & c. Nos vero maximam partem dormimus securi, nec fontes multum curamus, versionibus solis delectati.* Atque utinam vel posterius illud de versionibus verum esset.

† Claris. &
felicissimus
Scripturæ a-
pud Rosto-
chienses in-
terpres.

Optimus.

Optimus Juris-Consultus, inquit B. Lutherus, qui in textu versatus. At jam inquit, mox ad Commentarios prorunt. Nostri studiosi, inquit Cl. Amelius, eas tantum scripturae particulas inspicere curant, quas ad locum aliquem communem vel controversiam definiendam ab aliis vident citari. Linguis perdiscendis nullam impendunt operam, Logicam super vacante esse autumant: Postillis, commentariis & saepe etiam commentis hominum fidunt. Praeceptum Servatoris est, inquit beatae memoriae † Sculterus, scrutamini Scripturas. At nostra juvenus, inquit, magnam partem non scripturas divinas, sed humanas scrutatur, & eristicos Magistrorum suorum libellos, quae de causa notiores ei sunt definitiones & distinctiones hominum, quam Dei, nec, ut Apollo, potens est in Scripturis Dei, magno suo, maximo Ecclesiae damno. Ita ex Sophisticis disputationibus, arcem rixandi, altercandi, bene dicta pervertendi sibi familiarem reddunt & c. De linguarum interim studio & investigando genuino Scripturae sensu nunquam serio cogitantes. Veras esse has Evangelicorum querelas omnes qui in Academiis vivunt oculati testes sunt. Magna haec est ingratitude viri P. & Fr. magna securitas. Ingratitudo: dum † oblata donorum Dei facultas adeo contemnitur, & quidem, quod peccatum auget, in ejusmodi locis, ubi dona gratiae Dei exposita sunt, & sic in promptu, ut etiam fastidientibus obivudantur. Securitas, dum videmus hostes Ecclesiae sese nostris armis armare, & tamen dormimus. Magna haec rerum vicissitudo est, & agnosco hic profundum Satanae stratagemata. Initio Reformationis, dum apud illos Cimmeriae tenebrae, in Ecclesiis nostris florebant linguae & S. Scripturae studia. Magnos & incomparabiles, eosque quamplurimos Scripturae Interpretes & qui cum *ἔξοικα*, potentes in Scripturis, docebant, habuerunt illo saeculo Protestantes. At postquam illos pudor ad haec quoque studia coegit, eadem apud nos frigere coeperunt. Celebris ille Dominicanus Bannes alicubi ait se in extrema senectute Ebraeam linguam didicisse, ne amplius ab haeticis rideretur. Campanella querebatur, Haeticos Belgas totumque adeo Arcoum orbem adversus Papatum Grammaticale bellum gerere, ideoque quaestiones Grammaticas cum Haeticis abrumpendas, eosque a studiis istis abducendos suadebat. Hoc consilium quo feliciter illis successit, eo diligentius in linguarum studia incubere.

† Praefat. in
Exercit. Ev-
angel. quod
postremum
ejus scriptum
est.

† Verba Mu-
sculi, loco
ut supra.

Testes sunt Jesuitarum Scholæ & scripta. Testes illorum Grammaticæ, Orationes & Ellogia, ex quibus unicum protulisse sufficere, eò magis mirandum, quia est & Hispani & Monachi. † *Dico*, inquit, *non posse verè dici Theologum, qui in Ebraicis literis non mediocriter fuerit institutus*. Quod ellogium Jesuita *a*) Serarius suo quoque calculo approbavit, & testimonio *b*) Villa - Vincentii firmavit.

† Alphonsus
Mendoz
Augustinia-
nus Prof in
Acad Sala-
mant. in.

Quæst. posi-
tivis, quæst.
10.

† Proleg.
Bibl. p. 207.

† Lib. 1. de
rat. studii
Theolog.
cap. 19.

† Hieron. E-
pist. ad Sun-
& Fret. & in
Zach. 8. Au-
gust. de Do-
ctrin. Chri-
stian. 2. n.

† Distinct.
9. cap. ut
Veterum.
ut Bannes
& alii.

Cum autem hæc ita se habeant, ut negari haud queant, duo ponam. 1. Omnibus Theologiæ studiosis annitendum esse, ut ad mediocrem peritiam Logices & Latinæ linguæ (cui tot annos vulgò impendimus, licet ne unicus quidem apex verbi divini ea originaliter consignatus sit) adjungant mediocrem Ebrææ & Græcæ notitiam. 2. Ut autem S. Ministerii Candidati hæc in parte officium suum in Academiis faciant, in VV. RR. potestate esse ostendam.

Quod ad 1. attinet, illud vel ex eo satis superque probatum videri possit, quod prædictæ linguæ à *c*) Patribus, *d*) jure Canonico, omnibus Theologis Evangelicis, ipsisque adeo Socinianis, & eruditissimis Jesuitis, hujusque ævi Monachis numerentur inter *necessaria Theologia instrumenta*. Sed ut distinctius & pressius id agam quod intendo, sic progrediar.

1. Textum Ebr. in V. Græcum in N. T. esse authenticas fidei Christianæ tabulas apud nostros in confesso est. Quin & illud necessario dabant *e*) ex Pontificiis illi, qui in Vulgatâ Latinâ multos errores Interpretis, in textu autem Ebræo paucula librorum errata agnoscunt. Hoc fuit Reformationis fundamentum. Pro hæc thesi primi Protestantium Theologi tantis animis decertarunt. Eritne ergo jam adiaphorum eas linguas discere aut insuper habere?

2. Et illud constat, utriusque istius textui, Græco & Ebræo, & quidem soli, competere magnificum illum titulum authenticæ & infalibilis Verbi divini, & authenticæ instrumenti fœderis. Nulli enim versionem istam competunt, nisi cum hac restrictione, QUATENUS cum authenticis tabulis convenit.

3. Nec illud Evangelicorum quisquam negaverit, versionem nullam dari posse, quæ in omnibus cum authenticis tabulis conveniat. Ut omnes linguæ, ita & Ebræa suas habet proprietates aliis imperceptibiles. Spiritus S. qui non solum materiam sed & verba suis amanuensi-

amanuſcriptibus inſpiravit, ejuſmodi characteres Majeltatis, gravitatis & *ſerietatis*; huic authenticò textui impreſſit, quos nulla interpretatio valeat exprimere. Unde præclare judicabant omnes Veteres, verba a) Junii, ſingulas translationes rivos eſſe, ductos ex puriſſima fontibus humanà operà, ac proinde ſordibus ex infirmitate hominis inquinatos, autoritate cum authenticà formà non comparandos.

4. Cavebunt Evangelici (certè cavèrunt hæcenus) ne ſuis verſionibus pluſtribuant, quàm Pontificii Vulgatæ Latinæ, quantum ad autoritatem attinet. Jam verò b) Vega, Senenſis, Canus, Andradius, Lindanus, Eugubinus, Oleaſter, Cajetanus, &c. agnoſcunt in ſua verſione multos errores Interpretis. Serarius Jeſuita c) adverſus Gretzerum defendit, meliorem & perfectioem verſionè dari poſſe, cujus argumenta d) alibi produximus. Frater Aloyſius Catanæus ſententiam ſuam Tridenti dicturus de authenticatione, ut ſic dicam, Vulgatæ Verſionis, agebat inter alia, *Card. Cajetanum dicere ſolitam, cum qui Latinum ſolummodo textum intelligeret, dici non poſſe inſalibile Dei verbum intelligere, Talis enim, inquit, ſolummodo intelligit vocem Interpretis, qui erroribus obnoxius eſt, &c.* Cui ignoti ſunt 4. iſti Caſus; queis, jüdice † Bellarm. ad Fontes recurrendum eſt? quod enim hoc voluerit, exempla quæ adducit, ſatis oſtendunt. 1. inquit, *cum in Lat. Codicibus eſt error librariorum, 2. Aut diverſa lectio. 3. Aut aliquid anceps in Verbis aut ſententia. 4. Aut cum in Verſione energia aut proprietas vocabulorum intelligi non poſſeſt.* † Canus inter alios hos quoque addit, 5. *ut quadam loca intelligamus, quæ clariuſ verri potuiſſent, & quæ ſine linguarum notiã explicari non poſſunt. 6. Ad intelligenda Ebræa vocabula, quæ ob rationes in Verſionibus remanſerunt.* Judicate viri P. & Fr. annon totidem defectus in Vulgatà agnoſcant. Omnes iſtos niſi rotundè in Verſionibus noſtris receptis ſinguli agnoſcamus, non eam de authenticò Dei verbo opinionem habemus, quam debemus. Hoc ergo rogare mihi liceat, utrùm iſ idoneus verbi D. Interpretis haberi poſſit, qui per purã putam inertiam, & voluntariam inſentiam, ex prædictis iſtis caſibus, puta variis lectionibus, erroribus librariorum & ambiguitatibus ad fontes recurrendo, ſe excitare non poſſeſt? Qui proprietatem & emphafiſm verbi D. ubi haberi ea poſſeſt, intelligere non vult, atque adeò

a In Ellogio ling. S. quod ante Grammat. ejuſ.

b De quinque prioribus vi de Azorium Inſt. mor. tom. 1. lib. 3. c. 3. Eugub. Steuchũ in Recogn. Pentat. Banne in Thom. parte 1. q. 1. art. 3. Cæſar. in ſuis comment. c Proleg. Bibl. p. 120. col. 2.

d In Proleg. noſtris. ad collat. Bibli. cam p. 48. & 49.

† de verbo Dei lib. 2. cap. 11.

† De locis lib. 2. 15.

S I X T I N I A M A M A

que adeo multa loca, quæ sine originalis linguæ cognitione ex ipsorum Pontificiorum iudicio intelligi non possunt, explicare non potest? Accedant huc duo alii casus, 1. *Cum locus male versus est.* 2. *Cum loci alicujus varia & discrepantes interpretationes sunt,* quomodo, quæso vos, is se expediet, qui hunc iudicem adire & consulere non potest?

a Janius in
Ellog. ling.
Sanctæ.

b Valens
Orat. de
stud. Theo.
e Idem,

d Ramold.
in Epistol.
Anglic. ad
amicum.

e Erpenius
Orat. de L.
Ebr.

e Ex Cun.
de Rep. Ebr.
Præf. libri 3.

V. Illi, quos solis versionibus contentos esse cogit Orig. linguarum incitia, aliorum oculis vident, a) *aliorum manibus credulâ simplicitate ita committunt clavum seu gubernaculum mentis suæ, ut si incerti essent in incerto mari. Hi cum Deo per interpretem loquuntur.* Hi aliorum oculis vident. b) *Hi cum plebe in atris stantes è longinquo sacra contuentur.* At qui Scripturam Originalem legit & intelligit, suis oculis videt, c) *& cum sacerdotibus in ipsa pœne alia admissus, omnium quæ intus aguntur, ipse arbiter & testis est.*

Nunquid res insueta & insolens est, Legatum cum suo, à quo legatur, principe, per interpretem agere? Atque adeo omnia, quæ per Interpretes instituuntur colloquia, annon admodum incerta sunt? d) *Themistoclem hoc docuerat experientia. Is apud Persas exul & colloquium Regis expetens, animi sui conceptus in Regis sinum per interpretem evaporare detrectavit: Sed ut fideliter mutua darentur & redderentur voces, integri anni spacium linguæ Persicæ discenda postulavit.*

Exemplum hinc sumant Candidati nostri & Naziræi Domini, qui huc destinantur, ut non semel, sed quotidie & toto vitæ curriculo cum Rege Regum & Domino dominantium de rebus gravissimis, ut potè salutem suam & aliorum concernentibus, loquantur, ejusq; mandata deferant.

Mercatores mihi videte. Ut certius res suas agant, Gallicam, Hispanicam, Italicam, Turcicam & quas non linguas magnâ cum molestiâ discunt. e) *Et postquam naves nostræ etiam alium orbem pertere, cum Indis loquuntur barbarè. Tam ingeniosi & curiosi cum illi sine in sua generatione, nostri Naziræi solas linguas contemnunt, quas unicæ didicisse esset opera pretium.* Sed ut redeat eò undè delapsus est sermo, Patrum & Scholasticorum commentaria docent, quid sit, Sacras literas & Dei oracula ex ore Interpretis accepta, sine Orig. linguarum notitia explicare. *Aperuêrunt illi, inquit Melanthon, seras securibus,*

securibus, & ligna clavo fiderunt. Magnus ille Lutherus, † nunquid hoc † Epist. de
re moveri, inquit, quod sanctissimi Patres in explicandis scripturis adeo † Scholis erig.
frequenter impegerunt? Et licet subinde recte aliquid dixerint, incerti
tamen fuerunt, an videlicet in Originali ita esset, ut illi interpretabantur.
E. G. Recte docuerunt, Christum esse filium Dei. Sed quam ridiculos se
adversariis nostris præbent, dum id probare satagunt ex Psal. 110. Te-
cum Principium in die virtutis tuæ, cum in hoc loci deitatis Christi
nulla fiat mentio.

Certe Adversarii hac ratione in erroribus suis
magis magisque confirmantur. Rogas ergo causam cur Religio nostra sic
derideatur? Non alia ea est quam linguarum ignorantia. Atq; hic nul-
lum, nisi à notitia linguarum, expectes subsidium.

Et paulò post,
Nu sind aller alter Väter Auflegung / die ohn Sprachen
die Schrift haben gehandelt / (ob sie wol nichts vnrechts leha-
ren) doch der gestalt / das sie oft vngewisse / vnebene / vnd vn-
zeitige Sprüche führen / vnd tappen wie ein Blinder an der
Wand / das sie oft des rechten Textes feilen / vnd machen
ihm eine Nasen nach ihrer Andacht.

Ad summam, dici non
potest quantas frustrationes dictarum linguarum ignorantia Patri-
bus & Scholasticis, quorum multi cætera fuere excellentissimi, at-
rulerit, & f) quam miserè plerisque in locis cæcutierint. Et dubitamus
adhuc, quin verè dixeriat Viri magni, g) Ebraïsmorum ignorantiam
horrendos errores in Ecclesiam invexisse?

f Beza ad
Matth. 16.
g Mercerus
& Paræus
ad Genes.
48. 10.

6. At omnia hæc incommoda mitigari aliquo modo possent,
si aut cum nullis, aut ejusmodi adversariis nobis res esset, qui aut
linguas ipsi ignorent, aut in recipiendâ unâ & certâ versione no-
bis cum consentirent. At res longè se habet aliter. Ajo itaque
nullum ministrum qui linguarum rudis sit, in arenam posse descen-
dere cum dicto Papistâ, Sociniano &c. ne dum b) os posse obturare
adversario, quod tamen Apost. in Ministro desiderat. Nulla Versio
utrinque principium recepta est. Ultimum principium est origina-
lis Textus.

b1. Tit. 1. 9.
& 11.

7. Quotquot ex Poloniâ, Transylvaniâ vicinisque locis ad
nos transeunt, uno ore testantur, Socinianos, tam laicos quam Mi-
nistros, etiam in extremâ senectute, nulla sumptuum habita ratio-
ne, his studiis incumbere, dummodo vel minimam nancisci possint

B

ocasio-

occasionem. Quid putatis miseros istos mortales intermissuros, si ea offerretur iis opportunitas, quâ Juventus Belgica fruitur.

8. Dicam quid amplius, inter Anabaptistas, omnis olim eruditionis osores acerrimos, hodiè non desunt, qui utramque linguam callent. Alii iis discendis adhuc incumbunt; sunt etiam qui filios suos linguarum notitiâ imbui curant. Judicent RR. VV. nunquid nostrorum negligentia eos ad hæc studia impulerit, & quid nostris Ecclesiis, nisi alia ineatur via, hinc expectandum sit.

9. Cum ex Bellarm. aliisque Pontificiis constet, eos huc subindè descendere, ut à Vulgatâ ad fontes provocent, quæro annon res pudenda sit, inter Evangelicos tot reperiri, qui tali casu Pontificio ex fontibus satisfacere non possent. Ipsorum doctissimi hodiè textum Ebræum à Judæis corruptum esse negant, & inutiliter ad fontes recurri posse. quin subindè necessariò ad eos recurrendum posse asserunt. i) Bellarm. etiam invicta sæpè ex illis adversus Judæos argumenta peti posse agnoscit, ubi vulgata nihil suppeditat. Nostri verò, quasi fontes corrupti, quasi pleni viperis & serpentibus essent (ut Monachus quidam olim de fontibus concionabatur) ab iis abstinent.

10. Nullus eruditi Theologi commentarius, uti nec pleraque doctorum Polemica cum fructu legi possunt sine linguarum notitia. Quis intelliget nedum urgebit argumentum, quod à phrasi, vocalâ, quin uno sæpè apiculo & accentu depromitur? Et quod ad Comm. attinet, periculum faciant in Hier. item Calvino ad V. & Bezâ ad N. Testam.

11. Digna consideratione est ingenua Bellarmini, quam nostri egregiè exagitant, confessio, k) multa, vid. celebrata fuisse Concilia, in quibus aut nulli aut quæ paucissimi fuerint Ebrææ lingue periti. l) Patres Concilii Ariminensis ab Arrianorum fautoribus rogati, utrum in Christum an *ὁμοῦσιον* crederent, *ὁμοῦσιον* abnegantes, se in Christum credere professi sunt. Atque ita vox ea, pro qua tot prælia depugnata erant, in spongiam incubuit. Sed pro istis responderi posset, nullam de Vulgatâ iosis litem fuisse motam, nullamque omninò tunc fuisse occasionem literas istas discendi. At si nostris Ecclesiis idem aliquando eveniret, quæ maria eluere possent tam pudendam ignominiam?

12. Sed

i de Verbo
Dei lib. 2.
cap. 2.

k de Verbo
Dei lib. 2.
cap. 10.
Ruffinus
hist. Eccles.
L. 10. c. 21.

12. Sed & illud ab omni ævo docuit experientia, studia
sacrarum linguarum & Scripturæ individuos esse comites. Et unde
peti possent illa, nisi ex hæc? Ubi exerceri, nisi in hæc? Contra ne-
glectum & contemptum linguarum semper comitatus fuit con-
temptus Scripturæ. Et ante superioris ævi barbarie jacebat Co-
dex Sacer. Thomas, Lombardus, Aristoteles, magis sonabant in
Scholis Theolog. quam Christus, Propheta, Apostoli. Quod si non
vincatur ratio, ut studia linguarum magis floreat, certo certius est
brevis futurum, verba Musculi, ut doctis aliquot viris e medio sublatis,
pristina errorum tenebra, imò crassiores etiam in Ecclesiis obtineant. Sic
puniente Deo presentium temporum ingratitude ac donorum suo-
rum contemptum. Est enim æquissimum, ut qui benedictionem scientia
Dei averfantur, hæc ablontatâ, maledictione errorum & ignorantia ad
summum usq; obruantur.

13. In primitivâ Ecclesiâ, cum summa cum difficultate lin-
gua Ebr. disceretur, non desuere in utroque sexu, qui animos suos
ad ea studia appellerent. Hieronym. quanto impendio & labore lin-
guam Ebr. didicit? m) Origenes jam grande ævum contra naturam ætatis
& gentis suæ Ebricè didicit. Augustinus jam provecâ ætate Græcè
discebat, & passim dolet, sibi non licuisse Ebrææ notitiam addere.
Cum tamen intelligeret, quantas sibi frustrationes afferret ejus i-
gnorantia, hortatur omnes Scripturæ studiosos, ne ullam occasio-
nem ejus discendæ negligant. n) Paula & Eustochium Hieronymo
quædam dicitur. Quin Blasilla Paula Filia paucis diebus difficultates lin-
guæ S. superavit, adeo ut in discendis canendisq; Ebraicis Psalmis cum
matre contenderet. Hoc Matronæ & Virgines isto difficili ævo præ-
stitérunt. Et quem nostri Naziræi, qui doctissimo hoc ævo vivunt,
suæ inertia obtentum quærent?

14. Et superiore & hoc nostro seculo non desuere Juris-
Consulti, Philosophi, Politici & alii, quorum alii in extremâ ætatis
regulâ his studiis se applicuere, alii eadem magno studio promo-
verunt, ut Masius, Wirmanstadius, Veltuykius, Picus Mirandula, Baldus,
Rod. Agricola, Erasmus, &c. Habet & Belgium in utroque sexu
qui in linguarum Origin studia sedulo incumbunt. Habebit plu-
res, ubi Grammaticam Ebræam & Dictionarium cum bono Deo
suâ linguâ legent.

20. Onkel
21. Onkel
22. Onkel
23. Onkel
24. Onkel
25. Onkel
26. Onkel
27. Onkel
28. Onkel
29. Onkel
30. Onkel
31. Onkel
32. Onkel
33. Onkel
34. Onkel
35. Onkel
36. Onkel
37. Onkel
38. Onkel
39. Onkel
40. Onkel
41. Onkel
42. Onkel
43. Onkel
44. Onkel
45. Onkel
46. Onkel
47. Onkel
48. Onkel
49. Onkel
50. Onkel
51. Onkel
52. Onkel
53. Onkel
54. Onkel
55. Onkel
56. Onkel
57. Onkel
58. Onkel
59. Onkel
60. Onkel
61. Onkel
62. Onkel
63. Onkel
64. Onkel
65. Onkel
66. Onkel
67. Onkel
68. Onkel
69. Onkel
70. Onkel
71. Onkel
72. Onkel
73. Onkel
74. Onkel
75. Onkel
76. Onkel
77. Onkel
78. Onkel
79. Onkel
80. Onkel
81. Onkel
82. Onkel
83. Onkel
84. Onkel
85. Onkel
86. Onkel
87. Onkel
88. Onkel
89. Onkel
90. Onkel
91. Onkel
92. Onkel
93. Onkel
94. Onkel
95. Onkel
96. Onkel
97. Onkel
98. Onkel
99. Onkel
100. Onkel

m Hieron.
in Catalogo
Scriptorum
Eccles.

n Hieron.
Epist. 27.
o Epist. 25.



SIXTINI A M A M A

15. Provoco tandem ad conscientias omnium piorum Ministrorum, qui aut praeceptorum defectu, aut negligentia, aut denique mala studiorum directione has linguas in Academiis non didicerunt, annon jam in sanctissimi muneris functione & SS. literarum assiduâ meditatione agnoscant, quante sibi frustrationes illarum ignorantia afferat. Item, annon eos suæ jam negligentiae poeniteat. Annon reapse nunc experiantur, p) *questiones plerasq; quibus tantum temporis in multis Academiis insumitur, aut nullum aut omnino exiguum in Ministerio usum habere?* Annon graviter dolent, q) *quod in Trivialibus scholis tot annos profanis aut horibus discendis impenderint?* Annon vera sit r) *magni viri querela, quam turpiter non solum fontes, sed tota Biblia à plerisque Theologia studiosis, aliisque qui eidem dant operam, negligantur?* Item alterius s) *Theologi Veterani, in multis Ministris id non immerito desiderari, quod fontes raro inspiciant, & delectum in dictis allegandis nullum habeant, cum tamen magna hic opus sit discretione & prudentia, ut dicta primaria à secundariis, indirecta à directis, dubia à certis distinguantur.* Dicant ingenue, annon res ita se habeat. Ego planè confido, omnes pios in affirmativam ituros, ac proinde cum Virgiliano illo exclamaturos,

O mihi praeferitos referat si Jupiter annos!

Rogantur itaque per viscera misericordiae D. nostri Jesu Christi, ut conjunctis operis id agant strenue, ut sanctissima haec studia, temporum injuria propemodum collapsa, in Ecclesia Dei reflorescant.

1. Ceteris, quae huc accongiungi possent, missis, ad alteram partem transeo, a quoque & R.R. VV. muneris & potestatis esse, prospicere, ne vetus illa Ecclesiis & Scholis denuo superinducatur barbaries.

2. Quod ad munus vestrum attinet, non ignoratis illud Apostoli, 1) *Ne cuiusvis manus imponito, neq; communicato peccatis alienis.* Audite *Erasm. u. Si usquam vobis permittitis cessare, alibi cessare potius; si delinquere, ubi vis delinquere potius quam in hoc negotio omnium periculosissimo.* Audite *Chrysostomum, Qui ordinant indignos, isdem subjacent poenis, quibus illi qui indigni sunt ordinati.* Nostis illud *Hieron. Qui in d. Etiam (qualis is est qui adversario os obturare non potest) Pastorem ordinat, caerum animal Deo offert.* Noverat hoc in medijs Papiis.

p Cl.VVa-
leus Orat.
de studio
Theol.

q VVol.
Franzius de
Int. Scr. p.2.
r Joan.

Tarnovii
Praef. in Ex.
Bibl. Ed 1.

s B. Meisneri
apud eundem
Tarnov.

pag. 105.

1. Tim. 5.

In Eccl.
libr. 1.

P A R Œ N E S I S.

Papismi tenebris Episcopus Ultrajectensis DAVID Burgundus, apud Eras-
 Philippi Boni Filius. *Is cum intellexisset inter tam multos, qui sacris* mum in Ec-
initiantur, paucissimos esse qui literas scirent, voluit ipse rem propius clestiaſte 1, 10
cognoscere. Jussit sibi in aula cathedram poni. Proposuit quaestiones. Quid
fit? Ex trecentis tres tantum admisit. Cumq; rogaretur, ut moderaretur
sententiam suam, reputans, hoc seculum non gignere Paulos aut Hiero-
nymos, perstitit Episcopus, negans se requirere Paulos aut Hieronymos,
sed tamen afinos pro hominibus non admissurum. Quæ non ita accipi
velim, quasi omnes Ebraicè & Græcè ignaros, pro afinis habeam.
 (Deum testem habeo, quàm procul ab ista vesaniâ absum) sed illud
 volo, indignum esse, hoc & eruditissimo & hæresium feracissimo
 sæculo, præ quo illud Davidis Burgundi densissima nox fuit, ubi
 nullo labore aut sumptu linguæ istæ disci possunt, ad Ministeriũ ad-
 mitti juvenes, qui, quâ lingua Apostoli & Prophetæ scripserint, cu-
 jusque idiomatis aut significationis sint istæ, quæ nobis quotidie in
 ore sunt, voces sacræ, planè ignorant.

Potestatem etiam vestram hac in parte non ignoratis. Imita-
 mini exemplum Davidis Burgundi & brevi aliam Ecclesiæ faciem
 videbimus. Sequimini laudabilem Gallicarum Ecclesiarum con-
 suetudinem, ubi Theologiæ Candidato, in utriusque Testamenti
 originali textu illud quod Præsidi Codicem aperienti se primò ex-
 hibet caput, legendum & interpretandum proponitur. An minor
 in Angliâ, Germaniâ, Daniâ, Belgio, Helvetiâ cæterisque Provin-
 ciis, linguas illas discendi commoditas? An minor necessitas, ho-
 stiumve multitudo aut robur minus quam in Galliâ? An minor ve-
 stra vestris in regnis provinciisve autoritas, quam Synodorum Re-
 formatarum in isthoc regno? Quod si id impetrari non possit, illud
 saltem in examinibus cognoscatur, utrùm eos progressus in Scholis
 fecerint, ut in Ministerio, relictis jam Scholis, proprio Marte possint
 progredi, illudque sanctè promittant, se qualemcunque illam no-
 titiam porrò aucturos, nec ullo modo commissuros, ut sive negli-
 gentiâ sive inertia excidat. Fundamenta linguæ Græcæ in trivialibus
 docentur, quarum novi aliquot sic constitutas, ut quotquot ex iis
 prodeunt, Novum Testamentum Græcum Grammaticè possint re-
 solvere, Novi scholas, ubi fundamenta linguæ Ebrææ, magno Ec-
 clestia

clesiæ & juventutis bono jaciuntur. Quotquot enim ex illis vel minimam Ebræarum literarum notitiam in Academias inferunt, felicissimè & inoffenso pede videas progredi, dum cæteros ad Elementa illa Alphabetica pudet descendere. Utinam ex Cl. † Franzii voto, ad istarum Scholarum exemplum cæteræ quoque constituerentur, & Naziræi nostri à teneris annis, dum florida est memoriæ vis, sacris Bibliis affluerent! Utinam vel semel tandem authores sacri profanis substituerentur, aut si id obtineri non possit, saltem conjungerentur! † *Ipsa ratio suadet*, inquit, *capacissimis puerorum & recentis integritatis loculis memorialibus primo loco imponenda & ad custodiendum tradenda esse sacra illa verba, quorum usus & in hac & in altera vita est summopere & unice necessarius. Sæpenumero inquisivi, inquit, ex piis alioquin studiosis ordine, quinam essent primi versus. E. G. in Eclogis Virgilij, quæ esset primus in 1. 2. 3. 4. Georgic. Æneidos &c. Hos versus isti mihi expeditissimè recenserunt memoriter. Cùmq; studiosos Th. esse scirem, è vestigio interrogavi, quæ essent prima verba Genesios, Exodi &c. Ibi cogitabundi steterunt & ignorantiam suam cum dolore agnovèrunt. Causa non alia, quam quod à præceptoribus pueritia ad maturam Bibliorum lectionem non fuissent assuefacti, & quod à pueritia, nisi profanos versus ediscere jussi fuissent. Judaica nec mala admonitio est, Filius quinq; annorū ad Biblia accedat. At apud nos barbatus juvenis*

† pag. 2. *25. annorū vix tandem ad Biblia legenda accedit, † ubi arcule memorialium istis profanis expleta & completa fuerunt. Ita in profanis authoribus florem ingenii & ætatis deterimus. At dices hanc querelam respectu eorum, qui Theologiæ destinantur, forsan habere locum, at Juris-Consultos, Medicos, Philosophos & Politicos non concernere. Quasi non illi quoque Christiani esse, & Religionis principia imbibere debeant. Quasi non annitendum omnibus esset, ut sermo Christi inter nos copiosè habitet, atque ita notitiâ Domini universa terra, juxta Vaticinium Jesaiæ 11. 9. repleretur.*

Colofs. 3. 16.

* Apud
Sculctum
obf. in Mat.
& Marc.
cap. 74.
6 VV.
Franzius de
Interp. Sc.
pag. 530.

a) *Scriptura non potest intelligi Theologicè, nisi prius intelligatur Grammaticè, ajebat magnus Melanthon. Quomodo autem intelligetur Grammaticè, nisi calleas ejus linguæ, quæ edita ea est, Grammaticam? b) Qui enim nosse cupit verbum Dei, ut ab auctore Deo fuit promulgatum; citra omnem literarum, vocabulorum, phrasum & sententiarum...*

P A R A E N E S I S.

narum detorsionem, inflexionem, immutationem, additionem, detractio-
nem, purum purum, id illud non leget aut intelliget, nisi in eadem lingua,
quã a Deo primitivè est promulgatum. Itaque c) Ebraea & Græca lingua c) Ibidem
studium deserere non potest Theologus & Theologia studiosus, quamdiu pag. 14.
huic facultati in his terris operam aliquam navabit.

Æquissimum ergo est, d) ut non solum admoveantur, sed etiam d Muscul.
debementer urgeantur S. Scripturae Candidati, ut sacrarum linguarum loco ut fir-
Ebrae & Græca cognitionem studiis suis, non dico quasi πραγματολογου ad- πραγ.
ficiant, sed instar fundamenti in ipsam fundum mentium suarum sub-
mittant.

Excusationes & effugia nulla hic admittenda. Olim ea ope-
rariorum erat inopia & mellis magnitudo, & Academiarum status,
ut multos minus bene instructos admiserit necessitas. At nunc ea
est linguarum discendarum commoditas & Ministrorum abun-
dantia, ut alios quam idoneos admittere nulla necessitas urgeat.
Multos etiam, postquam ad Ministerium admissi, annos aliquot in
vocationis expectatione videas consumere. At dicunt aliqui, se me-
diis destitui, ac proinde sibi festinandum esse. *περὶ Φαρμακίου* hæc tan-
tùm est. An magnas opes requirit Grammatica, Dictionarij & li-
belli Ebraici comparatio? Quis adeo à Patronis derelictus est? Ru-
sus, quis horum recusantium adeo religiosus dispensator temporis
est, ut non alterum tantum otio, ludo, atque utinam non etiam, aleâ,
comporationibus & scortationibus, consumat? Quod enim ad
Græca attinet, illud suppono, eam in trivialibus comparandam.
Græcismi notitiam, ut Novum Testamentum Grammaticè possit
interpretari. Lingua Ebrae mediocriter discendæ bimestris, vel ad
summum trimestris industria suffecerit. Monstretur unum indivi-
duum, quod adeo religiosè tempus suum dispenset, ut sanctissima
hæc studia, iis in locis ubi ea florent, sine culpa intermississe dici pos-
sit. Certè talis rara avis erit in Scholis, nigroque simillima Cygno.
Et si verum dicendum est, Reverendi P. & Fr. Entæ rei angustæ ob-
tentus sufficiens excusatio, quo minus aliquis ad S. Ministerium ac-
cedat iis dotibus destitutus, quas & Scriptura & Canones Ecclesia-
stici exigunt? An Rex ad institutionem Filii admitteret in idoneum,
cui quod res angusta obfiterit, quo minus ea sibi comparare potue-
rit, quæ

S I X T I N I A M A M A

2. Cor. 2; 16.

† D. Guil.
Amelius
Orat. ad A-
cadem.

rit, quæ in Principis institutione requiruntur? Non putem. Cur ergo Deo & Ecclesiis se obtrudere patiamur, qui donis necessariis instructi non sunt? Si hos ex commiseratione promoves, crudelitatem exerceas in Oves Christi. Sed & illam quorundam juvenum præsumptionem gravibus decretis notandam, omnes pii censent, qui cum ex Trivialibus Scholis vix semi-cocti prodierunt, de cæteris functionibus idoneæ obeundis desperantes, hanc unicam (de qua Apostolus exclamat, *quis ad hæc idoneus?*) sibi despondent, eamque ambire non erubescunt, exactis in Academiâ vix tot mensibus, quot arti alicui Mechanicæ, nedum Jurisprudentiæ aut Medicinæ, discendæ non sufficerent, nihil minus cogitantes quam illud Nazianzeni, *artem artium & scientiam scientiarum esse animas passere*, ac proinde olim viros doctissimos & sanctissimos ad Episcopatus, non nisi invitos, sublimatos fuisse. † Lucullum eâ ingenii felicitate & magnitudine valuisse ferunt, ut Româ ad Mitbridaticum bellum profectus, rei militaris omninò rudis, in Asiam venerit perfectus Imperator. Aut eâdem ingenii felicitate nostri illi intemptivi Candidati valere debent, aut docent postea, quod nesciunt & quod nunquam didicerunt, ne hoc quidem scientes, quod nesciant illa quæ docere debebant. Sed ut tandem finiamus, mera hæc effugia sunt, & inanes Προφάσεις. Solam & unicam causam in pigritiâ esse, vel id solum argumento est, quod ejusmodi ne tum quidem cum jam ad Ministerium admissi, vocationes expectant & in Academiis otiosi vivunt, horum studiorum ulla cura tangat.

Sed nec alii desunt, qui, ut ingeniosa hic est inertia, doctorum dissensiones obtendunt. Junius, inquit, aliter vertit hæc & illa, quam Lutherus. Piscator rursus à Junio, Beza ab Erasmo, A Beza rursus Piscator, Scultetus & alii dissident. Quorum ergò linguarum studia? Resp. 1. An ergò doctissimorum istorum Virorum diligentia patrocinium inertiae præstabit? 2. An omnis ejusmodi dissensus & versio varietas Ecclesiæ noxia est? Longè aliter hac de re antiquitas judicavit, Præter Augustinum enim Hieron. Theodoretum, aliosque Patres etiam Origenes credidit, non aliud esse magis idoneum genuinæ loci alicujus sententiæ eruendæ medium, quam diversarum Versionum inter se & cum fontibus collatio. Hoc sine
Hexapla

Hexapla & Octapla sua Origenes publicavit. Inter alias S. Scripturae proprietates haec neutiquam postrema est hinc August. quod unus aliquis Scripturae locus adeo dives & abundans sit, ut plures interpretationes, quarum singulae pia & bona sunt, admittere possit, adeo quidem, ut aberrare vix posse videaris, quamcunque demum eligas, & de eligenda optima non possis non admodum anxie esse sollicitus. 3. Dicant mihi boni isti viri, cur ergo Grammaticam Latinam, cur Logicam didicerint, cur locis communibus & controversiis operam navaverint? An in illis & praecipue controversiis Theologicis nullae controversiae? An in illis nullae, inter ejusdem etiam confessionis & cathedrae Doctores opiniones dissidentes? 4. Agnosco libens etiam Ebraice & Graece doctis magnas adhuc multis in locis esse tenebras. At quid hoc ignavis patrociniatur? Vel hoc solum calcar esse debebat ad diligentiam. Si enim in multa adhuc caligine versantur & per nebulam vident linguarum periti, quantis in tenebris & quam densa in nocte earum rudes versari putandum est?

Sed porro instant, versionibus & commentariis satis instructi sumus, & quae insignis eorum modestia est, nos doctissimorum virorum Junii, Bezae &c. versiones non corrigemus, inquit. Cur ergo linguas discemus? Quasi dicerent, nos possumus ab aliis duci, cui bono ergo oculi linguarum? *Egregie* inquit † Martinius, *Erue tibi oculos corporis. Quidni tibi carere potes? Nec enim deerit qui ducat te.* † In Technol.

Sed serio agendum mihi video in ludicra objectione. Resp. itaque 1. Piorum & Doctorum Theologorum Versionibus & Commentariis apud pios & bonos debitum manere aestimum. Et quod ad me attinet, ajo me Deo O.M. quotidie agere gratias quam maximas, quod ejusmodi organa superiori aëvo excitavit & ornavit, quorum laboribus mihi quoque cum magno meo fructu uti-frui datum est. Repeto tamen quod supra dixi, Eruditum Commentarium legi non posse, nedum intelligi, sine Graecismi & Ebraismi mediocri notitia. Annon in Hieron. Calv. Bezae, Drusii, Sculteti, Merceri, Paræi, Pisc. &c. commentariis ad singulas Ebraicas voces dicendum tibi erit, *Ebraum est, non legitur?* 2. Versionem nullam eam, qua à Ministro

fieri par est, accuratione & fructu sine earundem notitiâ legi posse, supra Num. 4. demonstratum est. Quæ omnia si quis præfractè negaverit, ne is ostendet, se eâ, qua par est, attentione & diligentia sacras literas nunquam fuisse scrutatum, cum tamen Salvatoris mandatum sit, *scrutamini scripturas*: Et Apostoli; *Intentus esto lectioni, has meditare, in his esto*. Respond. 3. Alios dari notitiæ linguarum fines, quam ut novæ versiones dentur, vel receptæ corrigantur.

Nunquid præclari satis fines isti, aut utilitates satis magnæ videntur illæ, quas supra produximus? An nullum ergo operæ pretium erit, versiones cum fontibus contulisse, atque in ipsis fontibus sese oblectare? An nihil ergo facit ad certitudinem fidei; Deum ipsum sine Interprete suis auribus audire loquentem? Audite Melanth. communem Præceptorem, † Scio, inquit modestissima anima, *me vix primis labris degustasse Ebr. Gr. & Latinas literas. Sed tamen hoc ipsum didici, quantulumcumq; est, propter judicium de religione, omnibus mundi regnis, omniumq; populus longè antepono*. Quod ed' dico, inquit, ut

cum mihi & aliis, qui parum didicimus, videatis ad veritatis agnitionem, hanc exiguam doctrinam plurimum prodesse, & ipsi speretis magnum vos opera pretium facturos, si linguas mediocriter didicistis. † Si fundus aut alia quævis hereditas tibi peregrinantis, paterno testamento obierisset, an non ab hac origine alios domum redux posceret, atque ex ipsis portus tuis ipsius oculis regni offerre, quam ex aliorum religione accipere malles, quid & quid tibi relictum esset? Quæ ergo supinitas erit, originale æterni patris de cælesti & æternum permanens hereditate testamentum despiceret? At enim inquis, non est necesse? Verum est, nihil est necesse te ipsum oculos habere, & videre, quæ sint opus, no. Potes enim

& alienis oculis cernere, potes si quæ eundem fid. man. à patre tuo dicit. Erue igitur tibi oculos, quia cæcitate potes. Etenim in sacris libris lumen & oculus, quæ divina perspicimus, est Ebraea lingua, (cujus scipsum & fructu tunc te rati sponte privas, cum tibi oculos eruis, quibus illucere nuncius & cognoscuntur. Et nota, quod dicit, in sacris libris. Nam & N. T. libri hoc sole illustrantur, † Illi enim ita sunt Græci, ut verba

quidem singula Græca sint, conjunctio autem & phrasis, ut cæc. Ebraea haminibus, Ebraea plurimum agnoscarunt. † Licet enim phrasibus N. T. originatius Græca dici possit, non tamen pure sunt, sed liquore Ebraea & Syri

Jo. 5. 39.
1. Timoth.
4. 13.

† Tom. 4.
Orat. pag.
471.

† Martinus
Præf. in
Technol.

† Ibidem.
† Jacob.
Martinus
Præf. in
N. T. Syr.
Trosii.

Sylvi sermonis permittit ad Quare licet lector N. T. in Graeco literis sit de eorum insipientia, linguarum tamen Ebrae & Syriacarum, in Graeco illius lectio infelicitissime versabitur. Quibus suffraganter Hieronymus, clavis parva in p. 664. Calvin, Beza, Pisc. Scult. Druß Fullerus, Scalig. Buxtorf. Paræus, & alii latini Pontificii, quam Evangelici L. D. passim. Quia & causas ejus rei reddit Beza, ad Act. x. in digressionem de dono linguarum. Cætera, quæ supra memorata sunt, aut ex his inferri possent, quid ætinet hic inani tautologia repõnere? Contentus ero ad fontium dignitatem astruendam ad hæc in signis Eliogium & Hispani Theologi. Qui Hebræa, inquit, præ se vehunt, erudiani, multo in illis ampliori de Christo testimonia, quam in Graeco Latineq; offendunt. Nec non illud Jesuitæ non infimi sub Jellii, in Ebraica scripturâ tot esse sacramenta, quæ literæ: tot mysteria, quot puncta: tot arcana, quot apices. Nec omittendum illud B. Lutheri, & Ebraeos Prophetas velle cogere, ac Germanice (addo ego quavis aliâ lingua) loquantur, perinde esse, ac si Philomelam quis cogeret, ut dulcissimâ suâ melodiâ relicta, utriusq; vocem imitari cogeretur.

Et ut ad versiones revertar, quæso te annon & iste præclarus satis finis est, ut possis Versionem B. Lutheri, Beza, Junii &c. contra adversarium defendere? An verò eò impudentiâ delaberis, ut versionibus istis tanquam authenticis ad hærescendum tibi putes? At Socinianus & Jesuita tibi non dabunt tam magnum *intra*, nec difficile ipsis erit, te ex hoc imperitiâ a sylo extrahere.

Resp. 4. Si hæc perversa modestia primorum reformatorum animos occupasset, ne nunc quidem ex tenebris Papæus fuissetus eluctati. Lutherus Germanicam Versionem, quæ ex Vulgatâ traducta erat, correxit, Lutheranam alii aliquot in locis polivere. Eandem Vulgatam in Veteri Testamento Junius, in Novo Erasmus correxere. Junianam & Erasmicam Beza, Piscator, Scultetus, Fullerus, Drußius, Graferus, Rainoldus & alii magis magisque perfecere. An putabimus priores à posterioribus contumeliâ affectos? aut hac ratione damnum SS. Literis & religioni illatum? Et quæ Logica hanc consequentiam probabit, *Hic aliquid correxit in istius versione, ergò doctior fuit illo, aut saltem videri voluit?* Nihil simul inventum & perfectum fuit. Qui prior aliquid præclari invenit & glori-

Et Melanthon. Orac. tom. 4. p. 475.

† Andradii Defens. Concil. Tr. d. l. 4. † Possevinus in Biblioth. selectâ. † Epistola ad Lincum 1528.

Biblioth. Rostock.

ciem frangit, plus laudis meretur, quam qui inventis aliquid addit. Illud non nisi magnis ingeniis datum est: hoc etiam mediocribus concessum est. Præclare sanè Lutherus, Junius, Tremellius, Erasmus, Beza, de sacris literis meriti sunt, non eò tamen posterorum diligentia omnia præripuerunt. Deus liberè & variè sua dona dispensat. Dies diem docet. Multa olim obscurissima eorum industria illuminavit. Longè plura, in quibus ipsis fuerunt tenebræ, posterorum diligentia partim illustravit, partim porro illustratura est. Et ut hoc non esset, quid miramur bonum Homerum aliquando dormitare, præsertim in laborioso versionis opere? Nimis angusta res est, nuspiam errare. Atque hæc non eo fine dicuntur, ut beatis istis animabus vel tantillum detraham, sed ut ostendam verissimè dixisse Rev. D. † Scultetum, *nec unius, nec plurimum, quamlibet doctissimorum virorum, versionem Ecclesie pro authentica obtundendam. Habent enim omnes, ut suas virtutes, ita & vitia.* Liceat mihi ergò de illis usurpare, quod de D. Hieronymo Hieronymus ab Oleastro Inquisitor, Hieronymo, inquit, non plus tribuendum in sua Edit. si tamen illius est, quam sibi velit ipsa tribui. Ipse verò, ut potè vir Sanctus, se aliquando hallucinatum ingenuè facetur, suamq; versionem in multis emendasse. *Qua non in eum finem produximus, inquit, ut virum sanctum traducamus, sed ut doceamus, eum non Prophetam, sed hominem fuisse.* Et cur adolescentes nostri non ipsis magnis illis viris Junio & Tremellio aurem substringunt? Illi enim non placere sibi eos profitentur, qui rivis humanæ operæ inibi ita acquiescunt, ut cui uno sur altero anno fontes ipsos investigent & consulant. Et cur quæso? *Quam enim præclare, inquit, securi agi existiment, si de rivulo humani us ducto sorbeant, ubi fons præforibus est, nihil mirum, si miseri iusto Dei iudicio tandem eò adlucantur, ut palustri ulva impluentur & sordibus inquis nentur: quas etsi suo ipsi corpore contrahunt, tamen ut alii alius arcepeas mordicus deinceps retinendas putant.* At quanto melius veteres ex doctrinâ Joannis ad libros S. Scripturae fidem adhibendam, ad sua scripta iudicium afferri postularunt &c.

Resp. s. B. Lutherum, Junium, Bezam, Pisc. &c. suas versiones sæpè sub incudem revocasse, multosque errores emendasse, prout vel ipsi, ut dies diem docet, suos errores animadvertunt: vel ab aliis,

† Observ.
in Matth.
& Marc.
cap. 48.
† Præfat.
in Comm.
suum in
Pentat.

Præfat. in
Biblia ad
Ered. 3.

aliis, ut oculi plus vident quam oculus, fuere admoniti. Et credemus, cujusque versionem ultima recognitione ad eum perfectionis gradum pertigisse, ut omnibus postfuturis otia fecerint? Addo, Lutheri & Junii versiones sæpe *dis, ἡ παρῶν*, dissentire. Ubi ergo illi sunt, qui Lutheri Belgicam, Junii Latinam in Veteri Bezaeque in Novo Testamento pro authenticis habent, atque in iis securi acquiescunt, nunquam in causas varietatis inquirentes. Dubitas? Confer eas Psalm. 63. 20. Jerem. 23. 23. Ezech. 5. 7. Hof. 6. 4. Jon. 2. 5. Mal. 2. 16. Quid ad hæc dicent duri-cervices isti adolescentes? An duo textus ad eò diversi authenticici simul erunt? Non opinor. Utrum tamen sequeris? Certè nisi aliquid in linguis didiceris, talpa hic eris cœcior, evenietque tibi illud, quod Hieron. de linguarum imperitis asserit, † *ut, dum putabis te optimam sequi sententiam, pessimam eligas, & uniuersumq; interpretis errorem sequaris.*

† Apol. 2.
contra Rufinum.

Et ut ad commentarios redeat Oratio, in tantâ sæpè Commentatorum varietate quàm miserè hærebis, quam perpetuò fluctuabis, si nihil iudicis ipse ad eorum lectionem attuleris? Cur enim hunc magis quam illum sequeris? Ut nihil jam dicam, linguæ Originalis notitiam multorum Commentariorum instar esse. Hoc omnes piè docti agnoscunt. Tempore persecutionis verbi divini Minister Commentatorum suorum & Homiliastarum Bibliothecam ad manum habere non potest. O miserum ergo ejusmodi Concionatorem, si ex solis Bibliis, suarum Concionum flamen & tramam conficere non possit! Atque hic iterum protestor, me doctissimorum virorum ut versiones, ita & Commentarios non contemnere, dum Scripturæ originalis studio primas defero. Advocatum do magnum illum Rostochiensium Theologum, † *Scio* inquit, *plurimarum ex nostris labores in controversiis enodandis exantlatos, illudq; studium sacrum merito suspicio: scio item extare erudita multorum in libros Biblicos scripta commentaria, quæ usi debeo veneror, sed in istis TANTUM vel PRÆCIPUE occupari juventutem, neglectis Bibliis, id demum est, quod sæpè multumq; conqueror.* Defunctum me putabam. Ecce restant aliæ, quæ adversus linguarum studia adhibentur, machinæ. Si Originalis linguæ notitia tantam lucem sacris literis infert, cur ergo tantæ apud Judæos tenebræ?

† Jo. Tarnov. Præf. citatâ.

SIXTINI A M A M A

Cur illi ergo tam infelices SS. literarum interpretes? Hujus machi-
 nae impetum jam olim a) Melanthon & b) Flacius reuderunt. Ec-
 ce enim, dum cognitionem linguae Hebrae Theologi Evangelici ar-
 gent, non urgent solam eam, quae in verborum flexionibus, aut
 nominum cum aliis compositione &c. consistit. Uterius pro-
 grediendum est, vide ut vocum propriae significationes ex diligen-
 ti locorum collatione investigentur, ut probe intelligatur dictio &
 phrasis, quae usi sunt sacri Scriptores, c) *Ita ut vero magis partem
 statum abest, ut phrasin & modum dicendi perficiant, ut & primam
 Grammatica partem fore ignorent.* Et studiosiores vero, quorum magna
 apud eos raritas est, Canonem Biblicum Grammaticae quidem, at-
 tamen ita explicarunt, d) *ut omnino concerni non debeant illorum la-
 bor.* Quod autem in doctrina de Messia & quae inde dependent,
 a deo praevicantur, e) *non tam peccant infelicia, quam voluntaria peccata
 veritate, ut olim Casapbhis & similes.* Sed sic sane infelicia. Ea ex his
 potissimum causa oritur, ut in arca foederis Cherubini se mutuo contue-
 bantur, alasque jungebant, ita Veteris & Novi Testamenti monumenta
 congruunt. Petrus est fons novi: Notum est lumen Veteris, & collatio
 utriusque ad utrumque intelligendum necessaria est. Cum autem asper-
 nentur Judaei Christi & Apostolorum interpretationem, & sua somnia
 de Mundi imperio nolint abjicere, retinent corruptelas ab impostoribus
 excogitatas. Atque ita f) *ocalluerunt mentes eorum, inquit Apосто-
 lus. Cujus verba consequa huc quoque pertinent. Nam usque ad
 diem hodiernum, inquit, in lectione Veteris Testamenti manet non re-
 sectum velamen illud, quod cordi eorum impostum est: ubi vero conver-
 serint se ad Dominum, tunc tolletur velamen illud.*

Illud denique a multis affertur. Florem aetatis, inquiunt, in sola
 lingua Latina discenda derivimus, sed vocum studio datum est. Rebus
 danda tandem est opera. *Vita brevis, ars longa. Via longa & viatici pa-
 rum.* His jam supra ex parte satisfactum arbitror. Quod vero
 de lingua Latina afferunt, non de nihilo est. Absit, ut ejus studium
 atro lapillo notem. Noctua essem, si non ferrem ILLUM Solem.
 Illud tamen dolor jubet dicere, pudendum esse, eam ex solis profa-
 nis authoribus disci, tot annos ei impendi, Linguarum sacrarum
 fundamenta Trivialibus non una tradi, Linguae Latinae denique
 eum

a) Orat. to-
 mo 4. p. 478.
 b) Clavis par-
 te 1. p. 668.

c) Flacius i-
 bidem.

d) Graefus
 in ult. verbis
 pag. 36.
 e) Melanth.
 in litera 2.

f) 1. Cor. 3, 14.
 4, 16.

sum tribui honorem, ne res sola qualiscunque cognitio Ministrum
doctum ad Laico seu Idiotâ discernere censeatur. 2) Scire, inquit

Aristoteles, *esse vero magis scire, prima elementa & principia
percipere.* Jam vero prima Theologia Elementa non Latina reperies,
sed Ebrnica partim, partim Græca.

Ne minima quidem Scripturæ
particula originaliter Latine scripta est. Cur ergo Theologis futuris
sola Latina adeo anxie inculcatur? Quicquid responderint, illud
tandem etiam inviti prodent, pluris apud se esse scripta hominum,
quam authenticum Dei O. M. instrumentum. Et quod ad schola-
sticam institutionem attinet, quia eò rursus delapsus est sermo, non
possum quin huc transcribam seriam Caroli Sigonii, hominis nec
Theologi, nec Evangelici, querelam, quam ut omnes Evangelici,
quorum in ordinandis Trivialibus Scholis aliquæ partes sunt, ad
animum revocent, propter Dominum nostrum Jesum Christum,
ad cuius gloriam omnia referri æquum est, supplex rogo & obse-
cro.

† Vehementer erramus, inquit, ab in ferme lustrandis monumentis
exordientes, qua falsorum deorum, traditione, & commentitiis ficto-
rum heroum actiones a Græcis, acutissimis hominibus, sed veritatis plane
ignari proditas complectuntur: quibus neque ad aliquem prudentis
usum, neque ad ullum pietatis fructum excoluntur: cum si quid in nobis
sensus, ne dicam sanitatis inesse, ab his patitur, qua sacra continentur
Ebræorum literis, institum ducere deberemus.

Nam si prima rerum
principia querimus, non aliis repere, quam ab ipso mundi hominum-
que, quod ibi tractatur, opificio possumus, si veni, nihil tam verum existit,
quam quod Dei ipsius viventis ore prelatum est: si gratia, quid magnifi-
centius in inventis monumentis potest, in quibus sancta Dei mandata,
salutaria promissa, certa vincula, ceteraque, hic adnexa salutis nostræ admi-
nistrata concluduntur? Porro autem ut de aut virtutum exempla prestan-
tiora ad persequendum, aut vitiorum detestaciones acrioris ad decli-
nandum, aut actiones insigniores ad memrandum, quam ab ipsis E-
bræorum peti commentariis possumus, in quibus solis aperit docetur, quan-
tum humanum genus, cui ratione calenda summo presentis Dei auxi-
lio sublevetur, aut ea negligenda, ac rursusdem iracundiâ conteratur.

Sed tempus tandem erit opinor, ut vela contraham. Audi-
vistis Rev. PP. & FF. vota & gemitus piorum. Vos ipsi hæc sacra
militat

& Martin. in
Technolo-
gia.

† Ex præf.
Drusii in
observat.
credo exte-
re in Com-
ment. Sigo-
nii ad Sulp-
Sev.

militiæ Agitia hostis optimè & doletis. Medicinam parate huius malo. Principiis obstate. Omne malum nascens faciliè opprimitur, inveteratum sit plerunquè robustius. Si vos hic silebitis, manus quæ remittetis, Pontificum edictis non erit opus. sacra studia spontè in exilium ibunt. Cervicibus nostris denuò imminet Barbaries, vos depellite. Magno passu properamus ad veteres tenebras. Vos retrahite. Non votis aut supplicii muliebribus, sed vigilando, in medium consulendo, salutaria decernendo & exequendo, restituenda res est. Hoc à vobis expectat Ecclesia, damnate eam huius voti. Sic à vorticibus inutilium quæstionum, quæ tot jam annos, magno Papismi & Phocinianæ hæreseos incremento, Ecclesias Germanicas exercuerunt, ad placida sacri Codicis & salutaria Theologiæ practicæ studia revocabitur juvenus, & ad disputationes sobrias super utilibus thematibus, † *non nisi jam fundamenta Religionis ex S. Codice & doctrinâ Cæcæbericâ e hodiâ accedet.* † Οὐ πάντες, ἔ πάντες τὸ πρὸς θεῷ φιλοσοφεῖν, καὶ οὐ πάντες, ἔ οὐ πάντες, ἔ οὐ πάντες, ἔ οὐ πάντες. Ἄλλ' ὅτιν ὅτι, καὶ οὐκ ἔστιν ἔστιν. Sic, postquam gemina illa communis matris Ecclesiæ ubera, Vetus & Novum Testamentum suxerint, & in Christo adoleverint Naziræi nostri, adversus omnes Hæreticorum ictus animosus insurgent. † *Hoc enim, est unicum illud scutum, quod ipsis obvertendum est, sic dicit Dominus, quomodo legis, erratis nescientes scripturas.* Uno verbo, latior erit Ecclesiæ & Scholarum facies. Theologus ego non sum, nec Theologi filius. Minimum me in domo Dei ministrum agnosco. Non ideò tamen rejicietis hoc, quod aliorum verbis vobis suggesti, consilium. In militiâ, equitum præcipua opera est, non spernuntur ideò pedites. In domo extruendâ præcipuus architecti usus est. Ideò non rejiciuntur operæ & administri. Ego quod hæctenus feci, id porrò cum bono Deo agam, ut hæc studia augustæ illi Dominæ, Theologiæ, feliciter ancillentur, spartam quæ meam sic exornabo, ut juventutem nostram nulla necessitas coactura sit, ad aliquot miliaria cum † *Grusero* ob unam aut alteram vocem Ebraicam ad Judæos excurrendi. Ego pro meo modulo plantabo & rigabo, à magno illo messis Domino, & RR. VV. salutaribus decretis incrementum expectaturus, & prout se dant initia, ringente etiam Satanâ,

† Scult. & Tarnov. in Præfat. citatis.

† Nazianz. apud Tarnov. in Præfat.

† Tarnov. Præfat. citatâ.

† Vide ejus ultima verba, p. 35. in Præfat.

con-

P A R A E N E S I S.

consecutus. Cum enim hanc Parænesin, licet Belgicè scriptam
& contractiorem, anno superiori Rev. Synodis, Geldricæ, utriusque
Hollandiæ & Frisicæ.

Ἄμυν Φέρεται εἰς ἀνοήτοι τε κείναι τε, obtuliffem, omnibus
studium meum abundè probavi. Mihi, quia charta angusta est,
Frisicæ Synodi approbationem hic Latinè exhibuisse satis erit.
Scripti x i. Januarii 1625. quo in beatas sedes translatus est Rev. &
Cl. Theologus, *D. Sibr. Lubbertus*, meus & Præceptor & Collega
amiciffimus, Academiæ nostræ oculus & disciplinæ columna, verè *2. Reg. 2.*
surrus nostri Israelis & præstantiffimus eques ejus. Cui cum ex Sena-
tus decreto mihi publico nomine parentandum fit, accidit ut hæc
Parænesis, operis Typographicis urgentibus, minus accuratè
disposita lucem aspiciat. Id quod Lectorem meum,
ignorare nolui.



D

Apogra-

Apographum ex Actis Syno-
di Provincialis Frisicæ, celebratæ Harlingæ,

ANNO 1624.

SESSIO V.

XXVI. Maji, ante meridiem, post habitas
preces,



OMINE D. Pro-
fessoris. *AMAMA* exhi-
bita sunt Synodo per Scribam
XXVI. exemplaria Parene-
seos ejus: quibus distributis, le-
ctis & examinatis, judicavit
Synodus, ejus petitionem esse
laudabilem, edificativam, valde utilem & perquam
necessariam, ac pro inde ei hoc nomine, verbis Syno-
di, per D. Christoph. Hardenbergium electum Sy-
nodi Scribam gratias esse agendas. Decretumq; est,
ut in posterum Theologiæ Candidati, quotquot ad
examen Ministerii Eccles; admitti desiderabunt, præ-
ter testimonia Senatus Academ. & Theologiæ Pro-
fessorum, exhibeant etiam testimonia Professorum
Ebrææ & Græcæ linguæ, quibus doceant, se in
prædictis linguis eos saltem progressus fecisse, ut
origi-

originalem Veteris Noviſque Teſtament. textum
mediocriter poſſint intelligere; utque in Claſſe iſtâ,
cujus examini ſe offerunt, ejus quoque rei ſpecimen
edere teneantur.

*Quod verò ad Idiotas attinet, ceterosq̄, qui non
recenter ex Academiis veniunt, cum iis in omni diſ-
cretione agetur, pro ratione rerum, perſonarumque
juxta Eccleſiaſticas Sanctiones. Porrò, Deputati Sy-
nodi, hujus decreti cauſas Ampliſſimis Academia
Franek. Curatoribus quamprimum indicabunt, ab
iisq̄ petent, ut hujus Provinciae Alumnis mandare
dignentur, ut juxta hanc ſanctionem ſtudia ſua inſti-
tuant. Injungit deniq̄ Synodus expreſſè omnibus Claſ-
ſibus, ut poſt Paſcha ſequentis anni hoc decretum
ſequantur & exequantur. In Orig. ſubſcri-
pſerant nomine Synodi.*

REGNERUS HACHTINGIUS Eccleſiaſtes
Leovard. Præſes Synodi.


CHRISTOPH. HARDENBERGIUS Paſtor
Eccleſiæ Midlumenſis, Synodi Scriba.




Original in der Handschrift
nachher durch die
Königliche Bibliothek
gekauft.

Die Handschrift ist
ein Manuscript
aus dem 17ten
Jahrhundert
und enthält
einige
Interessante
Notizen
über die
Geschichte
der
Stadt
Rostock.


Georgius
Pastor











P A R A N E S I S.

in, ne jus sola qualiscunque cognitio Ministerum
Idiora discernere censeatur. g) Scire, inquit
scire, scire scire, prima elementa & principia
prima Theologia Elementa non Latina reperies,
partim Græca. Ne minima quidem Scripturæ
per Latine scripta est. Cur ergo Theologis futuris
inxiè inculcatur? Quicquid responderint, illud
prodent, pluris apud se esse scripta hominum,
in Dei O. M. instrumentum. Et quod ad schola-
m attinet, quia eò rursus delapsus est sermo, non
transcribam seriam Caroli Sigonii, hominis nec
angelici, querelam, quam ut omnes Evangelici,
indis Trivialibus Scholis aliqua partes sunt, ad
propter Dominum nostrum Jesum Christum,
omnia referri æquum est, supplex rogo & obse-
peramus, inquit, ab in ferme lustrandis monumentis
aliorum deorum, traditiones, & commentitias ficto-
es a Græcis, acutissimis hominibus, sed veritatis plane
impletuntur: quibus neque ad aliquem prudentie
lum pretatis fructum, excolumur: cum si quid in nobis
nitatis inesse, ab eis peritus, que sacris continentur
natum ducere deberemus. Nam si prima rerum
non aliis reperere, quam ab ipsorum hominum
neque opificio possimus, si veni, nihil tam verum existit,
sive viventi ore prolatum est: si gravia, quid magnifi-
monumentis potest, in quibus sancta Dei mandata,
certa quasula, ceterisq; his adnexa salutis nostre admi-
ny & Perse autem unde aut virtutum exempla prestan-
dum: ubi visionum delectationes acriter ad decli-
ones insigniores ad memomandum, quam ab ipsis E-
mentariis possunt in quibus solis aperte docetur, quan-
tus aut religione colenda summo presentis Dei auxi-
cia negligenda, acrisusdem incundia contentur.
standerit opinor, ut vela contraham. Audi-
FF. vota & gemitus piorum. Vos ipsi hæc sacra
militia

Martin. in
Technolo-
gia.

† Ex præf.
Drusii in
observat.
credo exta-
re in Com-
ment. Sig-
onii ad Sulp-
Sev.